

Etiam præmij aucti sunt meliora sectando, ut & ad perfectum tenderent, & eorum uirtutibus quæsitâ dignitas ceteros prouocaret. **T**antâ enim fidei imbiberunt spiritum, ut spe futurorum etiam ciuium suorum **M**acedonum persecutiones illatas pro nomine **C**hristi deuoto animo paterentur. **U**t horum ergo meritum, & suam ex eorum profectu læticiam literis signet, ita scribit ad eos.

**C** A P V T I.



**P**AVLVS & Sylluanus & **T**imotheus **E**cclēsiæ **T**hessalonicensium in deo patre, & in domino **I**esu **C**hristo gratia uobis & pax.) **T**rium quidem episcoporum nomina literæ continent, sed sensus & uerba solius **A**postoli sunt. **Q**uia enim communi gaudio exultant in profectu illorum, ex consensu ad plebem epistola scribitur in exultatione dei patris, & domini **I**esu **C**hristi pacem & gratiam his exoptans. ¶ Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis, memoriam uestri facientes in orationibus nostris, sine intermissione memores operis fidei uestre & laborum charitatis, & expectationis domini nostri **I**esu **C**hristi coram deo & patre nostro.) **Q**uoniam omnia bona à deo sunt, idcirco ei primum gratias referunt in profectu illorum, qui dignatus est non solum donum suum dare hominibus sub peccato constitutis, sed in filios hos adoptare, simul adiuuans eos ad omnia exitia toleranda, ut digniores fiant. **Q**uâobrem meminisse horum dicunt se in orationibus suis, eo quod crebresceret in opere fidei cæteris **E**cclēsijs, ut nutu dei perficerent opus ceptum, prompti in studio charitatis & patientiæ, & spei aduentus domini ante deum, qui dignatus est filium suum incarnare pro salute humana. **P**lacitum enim dei est, si proficiatur in **C**hristo. ¶ Sciētes fratres dilecti à deo electionem uestram, quia **E**uāgelium nostrum non fuit ad uos in uerbo solum, sed & in uirtute & in spiritu sancto, & plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in uobis uestri causa.) **N**umiles se fuisse inter eos significant, ut illis formam darent

mansuetudinis, non quod defuerint quæ ad fidem illos hortarentur magnalia, quia doctrinæ euangelicæ robur uirtus præstabat signorum & prodigior: in spiritu sancto, id est, non in phantasia, sed in ueritate plenitudinis, ut nulli necessitati deesset auxilium, sed superabundans gratia uideretur & in doctrina, & in cōuersatione, & in agris curandis, ut perfectum opus spiritus sancti apparet in **Thessalon.** **Ecclesiis,** ut in nullo se minores uidentes ludæorum **Ecclesiis,** gauderent in dono dei, qui participes illos facere dignatus est promissionis **Abraæ.** ¶ **Et uos imitatores nostri facti estis, & ipsius domini suscipientes uerbum in pressura multa cum gaudio spiritus sancti, ira ut fueritis uos exemplum omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.** ) Cupidi credulitatis probra & iniurias à ciuibus suis passi, tolerarunt fiducia futurorum. ¶ **Vnde æmuli dicuntur apostolorum, & ipsius domini,** quia & dominus eadem passus est à ludæis, & **Apostoli sequentes fidem dei persecutiones passi sunt gaudentes,** quia digni habiti sunt pro nomine domini contumelias pati, scientes pro his magna fore præmia repromissa. Idoneus enim seruus probatur, quādo pro amore domini sui inimicos eius offendit. Cuius rei memores gauisi sunt spe promissionis in pressura. Itaque magna exhortatio est ad profectū, cum similes illos factos dicit, & **Christi & apostoli, ad formam præbendam cæteris credentibus illis in locis, quibus fama illorum ambulabat.** ¶ **A uobis enim diffamatus est sermo domini non solum in Macedonia & in Achaia, sed in omnem locū fides uestra quæ est ad deum processit.** ) Tale est hoc, quale & illud ad **Romanos,** cum dicit: **Quia fides uestra prædicatur in uniuerso mundo sed in his amplius, quia non solum fides, sed opus fidei illorum peruenit in omnem locū.** ¶ **Ita ut non necesse habeamus nos aliqd eloqui.** Ipse enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad deum ab idolis seruendum deo uiuo & uero, & ad expectandum filium eius de cælis, quem suscitauit à mortuis Iesum, qui

eripuit